sacrificium = Opfer: Sacrificia proprie dicuntur, quando circa res Deo oblatas aliquid fit, sicut quod animalia occidebantur et comburebantur, quod panis frangitur et comeditur et benedicitur. Et hoc ipsum nomen sonat; nam sacrificium dicitur ex hoc, quod homo facit aliquid sacrum. Oblatio autem directe dicitur, cum Deo aliquid offertur, etiamsi nihil circa ipsum fiat, sicut dicuntur offerri denarii vel panes in altari, circa quos nihil fit; unde omne sacrificium est oblatio, sed non convertitur, th. II. II. 85. 3 ad 3; vgl. ib. 86. 1 c. Das sacrificium ist von zweifacher Art, ein sacrificium interius und ein sacrificium exterius, d. i. ein inneres und äußeres Opfer; ein inneres, quo anima seipsam offert Deo (ib. 85. 2 u. 4 c, vgl. ib. III. 22. 2 c), und ein äußeres, wodurch ein sichtbarer Gegenstand Gott dargebracht wird. Das äußere Opfer umfaßt ebenfalls zwei Arten: nam quoddam est, quod ex hoc solum laudem habet, quod Deo aliquid exterius offertur in protestationem divinae subiectionis, aliud vero est exterius sacrificium, quando actus exteriores aliarum virtutum in divinam reverentiam assumuntur, quorum quidam cadunt sub praecepto, quidam vero sunt supererogationis, ib. II. II. 85. 4 c.

saeculum = a) Zeitalter, Jahrhundert. — b) Welt, im Gegensatze zu Kloster und jedem andern Orte, wohin ein Mensch sich zurückzieht, um ein geistliches Leben zu führen: aliud dicendum est de eo, qui est adhuc in saeculo constitutus, et aliud de eo, qui iam est in religione (s. d. A.) professus, th. II. II. 101. 4 ad 4. — Dupliciter aliquis potest esse in saeculo: uno modo per praesentiam corporalem, alio modo per mentis affectum (Neigung der Seele nach ihrer geistigen Seite, s. mens), ib. 188. 2 ad 3. Zu sapientia saeculi s. sapientia.

sapiens = weise: sapientis est ordinare et iudicare, th. I. 1. 6 c; ut sapientes dicantur, qui res directe ordinant et eas bene gubernant, cg. I. 1. Das Wort sapiens wird im zweifachem Sinne

gebraucht, das eine Mal simpliciter (s. d. A.) und das andere Mal secundum quid (s. d. A.) s. in aliquo genere: ille sapiens dicitur in unoquoque genere, quia considerat causam altissimam illius generis, ut in genere aedificii artifex, qui disponit (einrichtet) formam domus, dicitur sapiens et architector respectu inferiorum artificum, qui dolant ligna vel parant lapides, et rursus in genere totius humanae vitae prudens (s. d. A.) sapiens dicitur, inquantum ordinat humanos actus ad debitum finem; ille igitur, qui considerat simpliciter (schlechtweg) altissimam causam totius universi, quae Deus est, maxime sapiens dicitur, th. I. 1. 6 c; vgl. ib. II. II. 9. 2 c, 45. 1 c, cg. I. 1, II. 24. — Man unterscheidet einen vere sapiens und falso sapiens und versteht dann unter jenem denjenigen, welcher seine Handlungen auf Gott, und unter diesem einen solchen, welcher sie auf etwas Geschöpfliches als auf sein letztes Ziel hinordnet, vgl. II. II. 45. 1 ad 1.

sapientia = a) Weisheit im eigentlichen Sinne und schlechtweg gesprochen (s. sapiens): sapientia dicitur esse divinorum cognitio, th. I. 1. 6 c; sapientia considerat altissimas causas, ib. I. II. 57. 2 c; sapientia in cognitione altissimarum causarum consistit, cg. I. 94; sapientia in homine dicitur habitus quidam, quo mens (s. d. A.) nostra perficitur in cognitione altissimorum, et huiusmodi sunt divina, ib. IV. 12, — Über den Unterschied zwischen sapientia und scientia ist Folgendes zu merken: sapientia est quaedam scientia, inquantum habet id, quod est commune omnibus scientiis, ut scilicet ex principiis conclusiones demonstret, sed quia habet aliquid proprium supra alias scientias, inquantum scilicet de omnibus iudicat, et non solum quantum ad conclusiones, sed etiam quantum ad prima principia (Erkenntnisprincipien), ideo habet rationem (Wesen) perfectioris virtutis, quam scientia, th. I. II. 57. 2 ad 1; cognitio divinarum rerum vocatur sapientia, cognitio vero rerum humanarum vocatur scientia, ib. II. II. 9. 2 c. Anders wird übrigens das Wort sapientia in der Theologie und anders in der Philosophie verstanden: cum sapientia sit cognitio divinorum, aliter consideratur a nobis (i. e. a theologis) et aliter a philosophis; quia enim vita nostra ad divinam fruitionem ordinatur et dirigitur secundum quamdam participationem divinae naturae, quae est per gratiam, sapientia secundum nos non solum consideratur, ut est cognoscitiva Dei, sicut apud

philosophos, sed etiam ut est directiva humanae vitae, ib. 19. 7 c, vgl. ib. 45. 3 c. — Unter dem donum sapientiae versteht man nihil aliud, quam quaedam perfectio humanae mentis, secundum quam disponitur ad sequendum instinctum (Antrieb) Spiritus Sancti in cognitione divinorum, ib. I. II. 68. 5 ad 1; vgl. ib. II. II. 45. 1 c. Initium sapientiae kann etwas in zweifacher Weise sein, secundum essentiam und secundum effectum, d. i. dem Wesen und der Ursache nach: sic ergo initium sapientiae secundum eius essentiam sunt prima principia sapientiae (sie in theologischem Sinne verstanden, s. oben), quae sunt articuli fidei, et secundum hoc fides dicitur sapientiae initium; sed quantum ad effectum initium sapientiae est, unde sapientia incipit operari, et hoc modo timor est initium sapientiae, ib. II. II. 19. 7 c.

b) Weisheit im uneigentlichen und übertragenen Sinne des Wortes, unter welcher man die Hinordnung der menschlichen Handlungen auf etwas Nichtgeschöpfliches oder Irdisches als auf das letzte Ziel des Menschen zu verstehen hat (vgl. th. II. II. 45. 1 ad 1); sie wird auch sapientia mala s. sapientia saeculi, d. i. Weisheit dieser Welt genannt (ib. 46. 1 ad 2). Je nachdem ein Mensch in dies oder jenes vergängliche Gut sein letztes Ziel setzt und danach sein Leben ordnet, unterscheidet man eine sapientia terrena, eine sapientia animalis und eine sapientia diabolica, d. i. eine irdische, tierische und teuflische Weisheit: quicumque autem avertitur a fine debito, necesse quod aliquem finem indebitum sibi praestituat, quia omne agens agit propter finem; unde si praestituat sibi finem in bonis exterioribus terrenis (s. d. A.), vocatur sapientia terrena, si autem in bonis corporalibus (s. d. A.), vocatur sapientia animalis, si autem in aliqua excellentia (s. d. A.), vocatur sapientia diabolica propter imitationem superbiae diaboli, ib. 45. 1 ad 1.

scandalum = Ärgernis, d. i. Anstoß oder Veranlassung zur Sünde eines andern: dictum vel factum alterius, quod potest esse alteri causa peccandi, th. II. II. 43. 1 ad 4. — Man unterscheidet zunächst ein scandalum activum und ein scandalum passivum, d. i. ein gegebenes und ein genommenes Ärgernis: Dictum vel factum alterius potest esse dupliciter alteri causa peccandi, uno modo per se (s. d. A.), alio modo per accidens (s. d. A.). Per se quidem, quando aliquis suo malo verbo vel facto intendit,

20*

alium ad peccandum inducere, vel etiamsi ipse hoc non intendat, ipsum factum est tale, quod de sui ratione (Wesen) habet, quod sit inductivum ad peccandum, puta (z. B.) cum aliquis publice facit peccatum vel quod habet similitudinem peccati; et tunc ille, qui huiusmodi actum facit, proprie dat occasionem ruinae, unde vocatur scandalum activum. Per accidens autem aliquod verbum vel factum unius est alteri causa peccandi, quando et praeter intentionem operantis et praeter conditionem (Beschaffenheit) operis aliquis male dispositus ex huiusmodi opere inducitur ad peccandum, puta cum aliquis invidet bonis aliorum; et tunc ille, qui facit huiusmodi actum rectum, non dat occasionem, quantum in se est, sed alius sumit occasionem, et ideo hoc est scandalum passivum sine activo, quia ille, qui recte agit, quantum est de se, non dat occasionem ruinae, quam alter patitur, ib. 1 ad 4; vgl. ib. 6 c. Das gegebene wie das genommene Ärgernis ist ebenfalls von zweifacher Art. Was zunächst das gegebene Ärgernis anlangt, so umschließt es die beiden Arten, das scandalum activum per se und das scandalum activum per accidens, d. i. das absichtlich gegebene oder diabolische und das ohne Absicht gegebene Ärgernis: scandalum autem activum potest accipi dupliciter, per se scilicet et per accidens; per accidens quidem, quando est praeter intentionem agentis, ut puta (z. B.) cum aliquis facto suo vel verbo inordinato non intendit alteri dari occasionem ruinae, sed solum suae satisfacere voluntati, per se autem est activum scandalum, quando aliquis suo inordinato dicto vel facto intendit alium trahere ad peccandum, ib. 3 c. Das genommene Ärgernis sodann ist entweder ein scandalum pharisaeorum oder ein scandalum pusillorum, d. i. ein pharisäisches oder kindisches Ärgernis: scandalum, quod ex eis (sc. ex spiritualibus bonis) oritur, quandoque ex malitia procedit, cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona, scandala concitando, et hoc est scandalum pharisaeorum, qui de doctrina Domini scandalizabantur; quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate vel ignorantia, et huiusmodi est scandalum pusillorum, ib. 7 c.

scientia = a) Wissen und Wissenschaft im weitern Sinne dieser Wörter, wonach jedwede Vernunfterkenntnis, die einzelne sowohl, als eine Gesamtheit von gleichartigen Einzelerkenntnissen, scientia genannt wird: scientiam enim hic large accipimus pro

qualibet cognitione intellectus humani, th. III. 9. 1 c; ex multis intellectis intelligentis scientia integratur, cg. I. 48. — In diesem weitern Sinne des Wortes giebt es auch in Gott eine scientia, dieselbe freilich nicht als habitus, sondern als actus aufgefaßt; Arten derselben sind: 1. scientia approbationis, d. i. das mit der Zustimmung des Willens verbundene Wissen — manifestum est, quod Deus per intellectum suum causat res, cum suum esse sit suum intelligere, unde necesse est, quod sua scientia sit causa rerum, secundum quod habet voluntatem coniunctam, unde scientia Dei, secundum quod est causa rerum, consuevit nominari scientia approbationis, th. I. 14. 8 c; 2. scientia simplicis intelligentiae, d. i. die Erkenntnis nach Weise des einfachen Denkens, ohne daß dem Gedachten je etwas Reales entsprochen hat oder entspricht — quaedam sunt, quae sunt in potentia Dei vel creaturae, quae tamen nec sunt, nec erunt, neque fuerunt, et respectu horum (Deus) non dicitur habere scientiam visionis, sed simplicis intelligentiae, ib. 9 c, cg. I. 69; 3. scientia visionis, die Erkenntnis nach Weise der Anschauung (intuitus) — quaedam, licet non sint nunc in actu, tamen vel fuerunt vel erunt, et omnia ista (ebenso wie dasjenige, quae actu sunt) dicitur Deus scire scientia visionis, th. I. 14. 9 c, cg. I. 69.

b) Wissen und Wissenschaft im engern und eigentlichen Sinne dieser Wörter, wonach die scientia in der Erkenntnis einer Sache aus deren eigentümlichem Grunde besteht: omnis scientia procedit ex principiis per se notis, th. I. 1. 2 ob. 1; scientia non est singularium, ib. ob. 2; una scientia est, quae est unius generis subiecti (Objekt), ib. 3 ob. 1; scientia, cum sit conclusionum, est quaedam cognitio ab alio causata, ib. 14. 1 ob. 2; scientia est recta ratio (s. d. A.) speculabilium (s. d. A.) s. scibilium, ib. I. II. 56. 3 c, II. II. 55. 3 c; est commune omnibus scientiis, ut ex principiis conclusiones demonstrent, ib. I. II. 57. 2 ad 1; de ratione scientiae est, quod habeat firmam inhaesionem cum visione intellectiva, ib. 67. 3 c; scientia est rei cognitio per propriam causam, cg. I. 94. — Die scientia im engern Sinne des Wortes bildet beim Menschen einen habitus (s. d. A.) seiner Vernunft und unterscheidet sich als solcher einerseits von dem habitus der sapientia und des intellectus, anderseits von dem habitus der ars und prudentia; s. sapientia, intellectus (sub d), ars und prudentia;

scientia habitus est, th. I. 14. 1 ob. 1. — Als Arten der scientia sind aufzuzählen: 1. scientia absoluta vel simplex (ib. II. II. 9. 1 ad 1), d. i. das intuitive Wissen, absoluta scientia genannt, weil es nicht durch Ableitung oder Schlußfolgerung zustande kommt, davon also unabhängig ist, und simplex, weil es durch den Übergang von einem Erkenntnisobjekt zum andern nicht geteilt ist; 2. scientia collativa (ib. III. 11. 3 c), d. i. das vergleichende Wissen, welches im Grunde nichts anders ist, als die scientia discursiva (s. unten), und collativa heißt, weil bei dem Übergang von einem Erkenntnisobjekt zum andern eine Art von Vergleichung stattfindet; 3. scientia demonstrativa, s. demonstrativus; 4. scientia dialectica s. dialecticus; 5. scientia discursiva (ib. I. 14. 7 t), d. i. diejenige scientia, welche nach Weise eines discursus (s. d. A.), nach Weise des Übergangs vom Bekannten zum Unbekannten vor sich geht, sei es nun, daß dieser discursus statthat quantum ad scientiae acquisitionem, sicut accidit in nobis, qui procedimus ad cognoscendum unum per aliud, sicut effectus per causam, vel e converso, oder aber quantum ad (scientiae) usum, sicut interdum scientes ex causis concludunt effectus, non ut de novo addiscant, sed volentes uti scientia, quam iam habent, ib. III. 11. 3 c; 6. scientia indita s. infusa und scientia acquisita (ib. 12. 1 c), d. i. die von Gott eingegebene oder eingegossene und die durch Erfahrung (vgl. ib. ad 1) erworbene scientia; 7. scientia moralis (ib. I. 1. 4 ob. 2), d. i. die Wissenschaft de actibus humanis (ib. 4 a), insofern sie unter dem Gesichtspunkt der Sittlichkeit betrachtet werden; 8. scientia perfecta s. completa und scientia imperfecta s. incompleta s. inchoata, d. i. das fertige oder vollendete und das unfertige oder unvollendete Wissen: actus (Wirklichkeit) perfectus, ad quem pervenit intellectus, est scientia completa, per quam distincte et determinate res cognoscuntur, actus autem incompletus est scientia imperfecta, per quam sciuntur res indistincte sub quadam confusione, ib. 85. 3 c, vgl. I. II. 74. 4 ad 3; 9. scientia practica s. operativa s. activa und scientia speculativa (ib. I. 1. 4 c, 14. 16 c, cg. III. 25, 41, 64, 75, 79), d. i. die praktische und die theoretische Wissenschaft, mit andern Worten, diejenige Wissenschaft, welche das Handeln und Wirken des Menschen zum Objekte und in der Regulierung desselben ihr letztes Ziel hat, und diejenige, welche die Erkenntnis eines

Objektes in letzter Instanz um ihrer selbst willen erstrebt: 10. scientia practica simpliciter und scientia practica secundum quid (th. I. 14. 16 c), d. i. die rein praktische und die beziehungsweise praktische oder theoretisch-praktische scientia, mit andern Worten diejenige, welche nicht bloß dem Objekte und dem Modus, sondern auch dem Zwecke nach praktischer Natur ist, und diejenige, welche wohl in Bezug auf das Objekt und den Modus, aber nicht in Bezug auf ihren Zweck einen praktischen Charakter trägt, vgl. unten scientia speculativa simpliciter und scientia speculativa secundum quid; 11. scientia propter quid und scientia quia (ib. II. II. 174. 3 a), d. i. die scientia der Ursache und die der Wirkung, mit andern Worten diejenige, welche die Ursache einer Wirkung, und diejenige, welche die Wirkung einer Ursache zum Gegenstande hat, vgl. propter und quia; 12. scientia ratiocinativa (ib. 9. 1 ad 1), d. i. die auf Schlußfolgerung beruhende scientia, welche mit der scientia discursiva (s. oben) identisch ist; 13. scientia speculativa simpliciter und scientia speculativa secundum quid, d. i. die rein theoretische und die beziehungsweise oder praktisch-theoretische scientia (vgl. oben scientia simpliciter practica u. sc. practica secundum quid) — aliqua scientia potest dici speculativa tripliciter, primo ex parte rerum scitarum, quae non sunt operabiles (s. d. A.) a sciente, sicut est scientia hominis de rebus naturalibus vel divinis; secundo quantum ad modum sciendi, ut puta (z. B.), si aedificator consideret domum definiendo et dividendo et considerando universalia praedicata ipsius (hoc si quidem est operabilia modo speculativo considerare et non, secundum quod operabilia sunt, operabile enim est aliquid per applicationem formae ad materiam, non per resolutionem compositi in principia universalia formalia); tertio quantum ad finem, nam practicus intellectus differt fine a speculativo, intellectus enim practicus ordinatur ad finem operationis, finis autem intellectus speculativi est consideratio veritatis, unde, si quis aedificator consideret, qualiter possit fieri aliqua domus, non ordinem ad finem operationis, sed ad cognoscendum tantum, erit quantum ad finem speculativa consideratio, tamen de re operabili; scientia igitur, quae est speculativa ratione ipsius rei scitae, est speculativa tantum, quae vero speculativa est secundum modum vel finem, est secundum quid speculativa et secundum quid practica, ib. I. 14. 16 c;

14. scientia universalis und scientia particularis (ib. I. II. 76. 1 c, 77. 2 c), d. i. das Wissen, welches etwas Allgemeines, und dasjenige, welches etwas Besonderes zum Objekte hat. — Unter donum scientiae versteht man nihil aliud, quam quaedam perfectio humanae mentis, secundum quam disponitur ad sequendum instinctum (Antrieb) Spiritus Sancti in cognitione humanorum, ib. 68. 5 ad 1; vgl. ib. II. II. 8. 6 c, 9. 1 c. Zu habitus scientiarum s. habitus; zu quantitas scientiae s. quantitas.

scientificus = wissenschaftlich. Unter scientificum sc. genus animae, welches von dem h. Thomas auch pars animae (expos. in 6. ethic. Arist. lect. 1 k) genannt wird (s. pars), versteht man die Vernunft des Menschen, insofern sie solches zu erkennen vermag, was mit Notwendigkeit existiert und wahr ist, und demgegenüber dann unter ratiocinativum die Vernunft desselben, insofern sie dasjenige zu erkennen vermag, was nicht mit Notwendigkeit existiert und wahr ist: philosophus posuit duas particulas animae, scientificum et ratiocinativum (*τὸ μὲν ἐπιστημονικὸν τὸ δὲ λογιστικόν*), non quia sunt duae potentiae, sed quia distinguuntur secundum diversam aptitudinem (s. d. A.) ad recipiendum diversos habitus, quorum diversitatem ibi (in 6. ethic. Nicom. c. 2) inquirere intendit; contingentia enim et necessaria, etsi differunt secundum propria genera, conveniunt tamen in communi ratione entis, quam respicit intellectus, ad quam diversimode se habent secundum perfectum et imperfectum, th. I. 79. 9 ad 3.

scire = wissen, d. h. etwas mit Gewißheit erkennen: scire aliquid non dicimur, nisi cognoscamus, quod impossibile est aliter se habere, cg. III. 39.

secundum = gemäß: non traduntur secundum ordinem disciplinae, th. I. prolog.; secundum philosophum, cg. I. 1; consideratio de his, quae Deo secundum seipsum conveniunt, ib. 9. Secundum wird auch oft als gleichbedeutend mit per (s. d. A.) gebraucht, so z. B. in den Entgegenstellungen: secundum prius und secundum posterius (th. I. 5. 6 ad 3), secundum se und secundum accidens (ib. 2 ad 3, cg. III. 6). — Secundum quid heißt so viel, als nach irgend einer Beziehung oder beziehungsweise, und steht dem simpliciter (s. d. A.) und absolute (s. d. A.) gegenüber: quod sub conditione tale (so oder so beschaffen) est, secundum quid est tale, quod autem absque conditione est tale, simpliciter est

tale, sicut quod est necessarium ex conditione, est necessarium secundum quid, quod autem est necessarium absolute, est necessarium simpliciter, th. I. II. 6. 6 ob. 3; unumquodque simpliciter esse dicitur, secundum quod est in actu, secundum autem quod est in sola apprehensione (s. d. A.), non est simpliciter, sed secundum quid, ib. 6 c; non est igitur possibile, quod aliquis intellectus sit secundum suam naturam malus, non solum simpliciter, sed nec secundum quid, cg. III. 107. — Secundum quod ist bald mit ‚insofern als‘ (sed secundum quod requirebat librorum expositio, th. I. prolog.), bald einfach mit ‚als‘ (privatio secundum quod huiusmodi non est alicuius actionis principium, cg. III. 9) zu übersetzen.

seminalis = samenartig, keimhaft: producta sunt secundum quasdam seminales rationes (s. ratio sub g), th. I. 62. 3 c; habent tamen eas secundum quaedam seminalia (Keime) rationis (Anlage), ib. I. II. 27. 3 ad 4; principia iuris communis dicuntur seminalia virtutum, ib. 51. 1 c.

seminarium = Keim, Uranfang: quae sunt quaedam seminaria intellectualium virtutum et moralium, th. I. II. 63. 1 c.

sensibilis = a) wahrnehmbar, d. i. sinnlich erkennbar: sensibilia autem ad hoc ducere intellectum nostrum non possunt, cg. I. 3. Man unterscheidet ein sensibile per se und ein sensibile per accidens, d. i. etwas, was an und für sich und als solches, und etwas, was nicht als solches, sondern nur nebenbei und mit einem andern wahrgenommen werden kann; so ist z. B. die Farbe und Figur eines Menschen ein sensibile per se, seine Substanz aber ein sensibile per accidens: per se quidem sentitur illud, quod per se passionem (s. d. A.) sensui corporali inferre potest, per accidens autem sentitur illud, quod non infert passionem sensui, neque inquantum est sensus, neque inquantum est hic sensus, sed coniungitur his, quae per se sensui inferunt passionem, sicut Socrates et filius Diaris et amicus et alia huiusmodi, th. III.[s] 92. 2 c; vgl. ib. I. 17. 2 u. 3 c. Das sensibile per se ist wieder ein zweifaches, nämlich ein sensibile proprium und ein sensibile commune; unter dem ersteren hat man das jedesmalige eigentümliche Objekt der fünf äußern Sinne, also: Farbe, Ton, Geruch, Geschmack und Fühl- oder Tastbares, zu verstehen, unter dem letzteren aber dasjenige, was durch alle oder wenigstens durch mehrere Sinne

zugleich (vgl. expos. in 2. de anim. Arist. lect. 13. b u. c) wahrgenommen werden kann, nämlich: Bewegung,. Ruhe, Zahl, Figur, Größe, (vgl. th. I. 17. 2 u. 3 c, 78. 3 ad 2): Per se potest aliquid passionem inferre aut sensui, inquantum est sensus, aut huic sensui, inquantum est hic sensus. Quod autem hoc secundo modo infert per se passionem sensui, dicitur sensibile proprium, sicut color respectu visus et sonus respectu auditus. Quia autem sensus, inquantum est sensus, utitur organo corporali, non potest in eo aliquid recipi nisi corporaliter, cum omne illud, quod recipitur in aliquo, sit in eo per modum recipientis; et ideo omnia sensibilia inferunt passionem sensui, inquantum est sensus, secundum quod habent magnitudinem, et ideo magnitudo et omnia consequentia, ut motus, quies et numerus et huiusmodi dicuntur sensibilia communia, per se tamen, ib. III.s 92. 2 c. — Zu materia sensibilis s. materia; zu poena sensibilis s. poena; zu qualitates sensibiles s. qualitas; zu visio sensibilis s. visio.

b) wahrnehmungsfähig, d. i. fähig der sinnlichen Erkenntnis: qui ponebant animam sensibilem et rationalem diversas in homine esse, th. III.s 79. 2 ad 3. Zu substantia sensibilis s. substantia.

sensitivus = wahrnehmend, d. i. sinnlich erkennend, zur sinnlichen Erkenntnis gehörend: aliquando vero pro ipsa anima sensitiva, th. I. 79. 1 ad 1; distinguitur a sensitiva (cognitione), quae est singularium, ib. 80. 2 ob. 2, vgl. cg. I. 20; in operatione sensitiva communicant nobis bruta animalia, th. I. II. 3. 3 a; operationes animae nutritivae et sensitivae, cg. II. 81; talis est appetitus sensitivus in brutis, th. I. II. 26. 1 c. — Sensitivum sc. genus bezeichnet die Gesamtheit der sinnlichen Erkenntnisvermögen, welche dem Tiere und Menschen eignen, insbesondere aber die äußeren Sinne; vgl. ib. I. 75. 3 ad 2, 78. 1 c. — Unter primum sensitivum, dem Aristotelischen πρῶτον αἰσθητικόν, versteht man den sogenannten sensus communis (s. d. A.) oder Gemeinsinn: phantasticum et memorativum dicuntur passiones primi sensitivi (ib. 78. 4 ad 3), d. h. Phantasie und Gedächtnis werden Eigentümlichkeiten oder Zugehörigkeiten (s. passio) des ersten oder Gemeinsinnes genannt, insofern nämlich, als der sensus communis est radix phantasiae et memoriae, quae praesupponunt actum sensus communis, sicut

nutritiva (sc. potentia) est quasi radix augmentativae et generativae potentiae, quarum utraque utitur nutrimento, expos. in libr. Arist. de mem. et rem. lect. 2 d; vgl. th. I. 78. 4 ad 1. Zu vita sensitiva s. vita.

sensualitas = Sinnlichkeit, d. i. Gattung der sinnlichen Begehrungsvermögen: appetitus sensitivus est una vis in genere, quae sensualitas dicitur, sed dividitur in duas potentias, quae sunt species appetitus sensitivi, scilicet in irascibilem et concupiscibilem (s. d. A.), th. I. 81. 2 c; sensualitas dicitur appetitus carnis (s. appetitus), ib. III. 21. 2 ob. 1. — Was den Namen sensualitas angeht, so ist über seinen etymologischen Ursprung Folgendes zu merken: Nomen sensualitatis sumptum videtur a sensuali motu, sicut ab actu sumitur nomen potentiae, ut a visione visus. Motus autem sensualis est appetitus apprehensionem sensitivam consequens, actus enim apprehensivae virtutis non ita proprie dicitur motus, sicut actio appetitus; nam operatio virtutis (Kraft) apprehensivae perficitur in hoc, quod res apprehensae sunt in apprehendente, operatio autem virtutis appetitivae perficitur in hoc, quod appetens inclinatur in rem appetibilem. Et ideo operatio apprehensivae virtutis assimilatur quieti, operatio autem virtutis appetitivae magis assimilatur motui, unde per sensualem motum intelligitur operatio appetitivae virtutis, et sic sensualitas est nomen appetitus sensitivi, ib. I. 81. 1 c. — Zu voluntas sensualitatis s. voluntas.

sensus = a) sensitive Seele, d. i. diejenige, welche sinnlich erkennet und begehrt: sensus accipitur aliquando pro potentia, aliquando vero pro ipsa anima sensitiva, denominatur enim anima sensitiva nomine principalioris suae potentiae, quae est sensus, th. I. 79. 1 ad 1; animal definitur per sensum, qui est anima sensitiva, sicut per formam essentialem, per sensum autem, qui est potentia sensitiva, cognoscitur eius definitio sicut per formam accidentalem, ib. III.[s] 79. 2 ad 3.

b) Sinn, d. i. Erkenntnisvermögen. Zunächst und gewöhnlich ist darunter ein sinnliches und organisches Erkenntnisvermögen gemeint: impossibile est, Deum videri sensu visus vel quocumque alio sensu aut potentia sensitivae partis (s. d. A.), th. I. 12. 3 c; sensus visus, quia omnino materialis est, ib. 4 ad 3; est autem sensus quaedam potentia passiva (s. d. A.), quae nata est (s. d. A.)

immutari ab exteriori sensibili, ib. 78. 3 c; quaedam enim cognoscitiva virtus (Kraft) est actus (Wirklichkeit) organi corporalis, scilicet sensus, ib. 85. 1 c; sensus est singularium, ib. 3 c, vgl. cg. II. 66. — Man unterscheidet: 1. sensus exterior und sensus interior, d. i. den äußern und inneren Sinn, und versteht unter dem ersteren diejenigen sinnlichen Erkenntnisvermögen, welche etwas dem wahrnehmenden Subjekte gegenüber sich äußerlich Verhaltendes zum Objekte haben, mit andern Worten die fünf äußeren Sinne, und unter dem letztern diejenigen sinnlichen Erkenntnisvermögen, welche an etwas innerhalb des wahrnehmenden Subjektes sich Befindendem ihr Objekt besitzen, nämlich: sensus communis (s. unten), imaginatio s. phantasia (s. d. A.), vis aestimativa resp. cogitativa (s. d. A.) und vis memorativa (s. d. A.), vgl. th. I. 78. 3 u. 4 c, cg. III. 84 u. 130; 2. sensus proprius und sensus communis, d. i. den für dieses oder jenes wahrnehmbare äußerliche Objekt besondern Sinn und denjenigen Sinn, welcher unmittelbar und direkt die Akte der fünf Sinne, mittelbar und indirekt aber auch die Objekte dieser besondern Sinne insgesamt zum Objekte hat und darum eben gemeinsamer Sinn oder Gemeinsinn (*κοινὴ αἴσθησις*, wie Aristoteles sagt) genannt wird — obiectum sensus communis est sensibile, quod comprehendit sub se visibile et audibile, unde sensus communis, cum sit una potentia, extendit se ad omnia obiecta quinque sensuum, th. I. 1. 3 ad 2; sensus communis, qui est superior, quam sensus proprius, licet sit unica potentia, omnia cognoscit, quae quinque sensibus exterioribus cognoscuntur, et quaedam alia, quae nullus sensus exterior cognoscit, scilicet differentiam albi et dulcis, ib. 57. 2 c; sensus interior non dicitur communis per praedicationem sicut genus, sed sicut communis radix et principium exteriorum sensuum, ib. 78. 4 ad 1; sensus proprius iudicat de sensibili proprio (s. d. A.), discernendo ipsum ab aliis, quae cadunt sub eodem sensu, sicut discernendo album a nigro vel a viridi, sed discernere album a dulci non potest neque visus, neque gustus, quia oportet, quod, qui inter aliqua discernit, utrumque cognoscat; unde oportet ad sensum communem pertinere discretionis iudicium, ad quem referantur, sicut ad communem terminum (Grenzpunkt), omnes apprehensiones sensuum, a quo etiam percipiantur actiones sensuum, sicut cum aliquis videt se videre, ib. 4 ad 2; quod visus cognoscit per accidens, hoc sensus

communis aut imaginatio (s. d. A.) apprehendit ut sub proprio obiecto contentum, cg. I. 61; sensus communis apprehendit sensata omnium sensuum propriorum, ib. II. 74.

Unter sensus ist sodann zuweilen das übersinnliche oder geistige Erkenntnisvermögen (intellectus, mens, ratio) zu verstehen: ad similitudinem corporalis sensus dicitur etiam circa (in betreff) intelligentiam (Vernunfterkenntnis) esse aliquis sensus, qui est aliquorum primorum et extremorum, th. II. II. 15. 2 c; ille dicitur esse acuti sensus (Scharfsinn) circa intelligentiam, qui statim ad apprehensionem proprietatis rei vel etiam effectus naturam rei comprehendit, ib.; maxime autem sensus (= mens, s. ib. 46. 3 ad 3) hominis immergitur ad terrena per luxuriam, ib. c; sensus prudentiae etiam intellectus dicitur, ib. 48. 1 c; intellectus interdum sensus appellatur, ib. III.[s] 70. 1 ad 2; in ea plurima humanum sensum excedentia proponuntur, cg. I. 5.

c) Empfindung, Wahrnehmung: in damnatis non erit aliquid, quod sensum doloris in eis impediat; sed aegritudo impedit sensum doloris, th. III.[s] 86. 1 a.

d) Gesinnung: initium omnis peccati est superbia, per quam homo sensui suo inhaerens a mandatis divinis recedit, th. III.[s] 1. 1 c; ille autem, qui in suo sensu perseverat, ib.

e) Bedeutung: multiplicitas sensuum in una scriptura (Schriftstelle) parit confusionem et deceptionem et tollit arguendi firmitatem, th. I. 1. 10 ob. 1. Hier ist zunächst zu unterscheiden, insbesondere mit Bezug auf die h. Schrift, der sensus literalis s. historicus und der sensus spiritualis (s. d. A.), d. i. die buchstäbliche oder wörtliche und die geistige Bedeutung einer Schriftstelle: illa significatio, qua voces significant res, pertinet ad primum sensum, qui est sensus historicus vel literalis, illa vero significatio, qua res significatae per vocas iterum res alias significant, dicitur sensus spiritualis, qui super literalem fundatur et eum supponit, ib. 10 c. Der sensus literalis, wie auch der sensus spiritualis, zerteilt sich sodann ebenfalls in mehrere Arten. Die beiden Arten des sensus literalis sind zwei an der Zahl, nämlich die eigentlich buchstäbliche und die uneigentliche buchstäbliche oder figürliche Bedeutung: sensus parabolicus (figürlich) sub literali continetur, nam per voces significatur aliquid proprie et aliquid figurative; nec est literalis sensus ipsa figura, sed id, quod est figuratum, non

enim, cum scriptura nominat Dei brachium, est literalis sensus, quod in Deo sit membrum huiusmodi (dergleichen) corporale, sed id, quod per hoc membrum significatur, scilicet virtus (Kraft) operativa, ib. 10 ad 3. Als Arten des sensus spiritualis gelten folgende drei, sensus allegoricus, sensus tropologicus vel moralis und sensus anagogicus: Secundum quod ea, quae sunt veteris legis, significant ea, quae sunt novae legis, est sensus allegoricus; secundum vero quod ea, quae in Christo sunt facta vel in iis, quae Christum significant, sunt signa eorum, quae nos agere debemus, est sensus moralis; prout vero significant ea, quae sunt in aeterna gloria, est sensus anagogicus, ib. c; vgl. ib. 113. 7 ad 1, I. II. 102. 2 c, 5 ad 1—7.

sentire = a) empfinden: cum igitur sentire sit quaedam operatio hominis, licet non propria, th. I. 75. 4 c; actio sentiendi non potest procedere ab anima, nisi per organum corporale, ib. 77. 5 ad 3; inquantum per eam debilitantur organa sentiendi, ib. III.ˢ 86. 1 a. — Man unterscheidet ein zweifaches sentire, ein sentire per se und ein sentire per accidens, d. i. das Wahrnehmen eines Objektes als solchen und das Wahrnehmen einer Sache nach Weise des Nebenbeiseienden; s. das Nähere hierüber unter sensibilis.

b) denken, meinen: cum sensus certam apprehensionem habeat de proprio sensibili (s. d. A.), est in usu loquentium, ut etiam secundum certam apprehensionem intellectus aliquid sentire dicamur, unde etiam sententia nominatur, th. I. 54. 5 c; Chrysostomus sentire videtur, ib. III. 59. 2 c.

sequi = a) folgen, sich nach etwas richten: modus significandi sequitur modum intelligendi, th. I. 45. 2 ad 2; verum sequitur ad esse, cg. III. 51; cuiuslibet actionis modus sequitur efficaciam activi principii, ib. 55.

b) gelingen, gelten: et ideo ratio (Grund) non sequitur, th. I. 64. 2 ad 4; vgl. ib. 117. 2 ad 2, I. II. 19. 8 ad 2.

servitus = Knechtschaft. Invenitur in rebus spiritualibus duplex servitus, una quidem est servitus peccati, altera vero est servitus iustitiae; est autem servitus peccati vel iustitiae, cum aliquis vel ex habitu peccati ad malum inclinatur, vel ex habitu iustitiae inclinatur ad bonum, th. II. II. 183. 4 c.

signatus = bezeichnet, bestimmt: nihil eorum, quae conveniunt huic signato, inquantum est hoc signatum (= hoc aliquid, s. d. A.), possibile est alii convenire, cg. I. 42. — Zu materia signata s. materia.

significare = bezeichnen, ausdrücken: secundum quod apprehendit (perfectiones), ita significat (eas) per nomina, th. I. 13. 3 c; proprietates autem non significant (etwas) ut supposita, sed ut formae suppositorum, ib. 40. 1 ad 3; generatio significatur ut (als) via quaedam ad rem genitam et ut progrediens a generante, ib. 2 c; origo active significata significatur ut progrediens a persona subsistente (s. d. A.), unde praesupponit eam, ib.; modus significandi sequitur (richtet sich nach) modum intelligendi, ib. 45. 2 ad 2, vgl. ib. 13. 1 c. — Bei der Bezeichnung einer Sache mittelst eines Namens unterscheidet man die res significata nominis und den modus significandi sc. rem, d. i. dasjenige, was durch den Namen bezeichnet wird, und die Art und Weise, in welcher der Name die res significata bezeichnen soll: in proprietatibus (Eigenheiten) locutionum non tantum attendenda est res significata, sed etiam modus significandi, et ideo, quia nomen Deus significat divinam essentiam ut in habente ipsam (als in dem sie Habenden befindlich), sicut hoc nomen homo humanitatem significat in supposito, alii melius dixerunt, quod hoc nomen Deus ex modo significandi habet, ut proprie possit supponere (stehen) pro persona, sicut et hoc nomen homo, ib. 39. 4 c; vgl. ib. 13. 3 c u. ad 1—3, 33. 2 ad 4, 39. 5 c, 40. 2 c. Was speciell den modus significandi anlangt, so unterscheidet man: 1. significare active und significare passive (ib. 40. 2 c), d. i. etwas in aktivem und etwas in passivem Sinne bezeichnen; 2. significare in abstracto und significare in concreto, d. i. etwas abstrakt und konkret bezeichnen, s. abstractus u. concretus; 3. significare in recto und significare in obliquo, d. i. etwas in direkter und etwas in indirekter Linie bezeichnen, s. rectus u. obliquus; 4. significare substantive und significare adiective (ib. 39. 3 c), d. i. etwas als Substanz und etwas als Accidenz bezeichnen, mit andern Worten, etwas, was ausgesagt wird, im Sinne einer Substanz und in dem eines Accidenz ausdrücken; 5. significare ut in aliquo und significare ut ad aliquid, d. i. etwas als in einem andern befindlich und etwas als zu einem andern hingeordnet

bezeichnen — nomen Deus significat divinam essentiam ut in habente ipsam, ib. 39. 4 c, vgl. ib. 5 c; quae quidem (sc. relationes) non significant ut in aliquo, sed magis ut ad aliquid, ib. 40. 1 c; 6. significare ut in fieri (ib. 33. 2 ad 2), d. i. etwas als im Werden begriffen ausdrücken, s. fieri. — Zu forma significata s. forma.

significative = dem Zeichen nach, andeutungsweise: sicut sacerdos baptizando aliquem ostendit hominem interius ablutum per verba et facta, et non solum significative, sed etiam effective (der Wirkung nach) ita etiam, cum dicit ‚ego te absolvo‘, ostendit hominem absolutum non solum significative, sed etiam effective, th. III. 84. 3 ad 5.

significativus = anzeigend, andeutend: inquantum est significativa ipsius, th. III. 60. 1 c. — Zu vox significativa s. vox.

signum = Zeichen: signum est, per quod aliquis devenit in cognitionem alterius, th. III. 60. 4 c; primo et principaliter dicuntur signa, quae sensibus offeruntur, effectus autem intelligibiles non habent rationem (Charakter) signi, nisi secundum quod sunt manifestati per aliqua signa, ib. ad 1. — Als Arten des signum sind aufzuführen: 1. signum ambiguum und signum certum, d. i. das zweideutige und das unzweideutige oder bestimmte Zeichen — tunc est signum ambiguum praebens occasionem fallendi, quando significat multa, quorum unum non ordinatur ad aliquid, sed quando significat multa, secundum quod ex eis quodam ordine efficitur unum, tunc non est signum ambiguum, sed certum, sicut hoc nomen homo significat animam et corpus, prout ex eis constituitur humana natura, ib. 3 ad 1; 2. signum rememorativum, signum demonstrativum und signum prognosticum s. praenunciativum, d. i. das Erinnerungs-, das hinweisende und das vorbedeutende Zeichen — sacramentum est et signum rememorativum eius, quod praecessit, scilicet passionis Christi, et demonstrativum eius, quod in nobis efficitur per Christi passionem, scilicet gratiae, et prognosticum id est praenunciativum futurae gloriae, ib. 3 c; 3. signum voluntatis, d. i. das Zeichen, daß ein vernünftiges Wesen etwas will — signa voluntatis (des Wollens) dicuntur ea, quibus consuevimus demonstrare, nos aliquid velle (nämlich: operatio, permissio, consilium, praeceptum und prohibitio), ib. I. 19. 12 c.

similis = ähnlich: simile alicui dicitur, quod eius possidet qualitatem vel formam, cg. I. 29; unde nec convenienter Deum creaturae similem esse, sicut nec hominem dicimus suae imagini fore similem, cui tamen sua imago recte similis enunciatur, ib. Das simile läßt eine dreifache Art unterscheiden, vgl. similitudo.

similitudo = a) Ähnlichkeit: similitudo attenditur (wird gemeint) secundum convenientiam (s. d. A.) vel communicationem in forma (s. d. A.), th. I. 4. 3 c. — Es ist eine dreifache Art von similitudo zu unterscheiden: Multiplex est similitudo secundum multos modos communicandi in forma. Quaedam enim dicuntur similia, quae communicant in eadem forma secundum eandem rationem (Begriff und Wesenheit) et secundum eundem modum (Maß), et haec non solum dicuntur similia, sed aequalia (s. d. A.) in sua similitudine, sicut duo aequaliter alba dicuntur similia in albedine; et haec est perfectissima similitudo. Alio modo dicuntur similia, quae communicant in eadem forma secundum eandem rationem et non secundum eundem modum, sed secundum magis et minus, ut minus album dicitur simile magis albo, et haec est similitudo imperfecta. Tertio modo dicuntur aliqua similia, quae communicant in eadem forma, sed non secundum eandem rationem, ut patet in agentibus univocis (s. d. A.) Cum enim omne agens agat sibi simile, inquantum (insoweit) est agens, agit autem unumquodque secundum suam formam, necesse est, quod in effectu sit similitudo formae agentis. Si ergo agens sit contentum in eadem specie (Art) cum suo effectu, erit similitudo inter faciens et factum in forma secundum eandem rationem speciei, sicut homo generat hominem; si autem agens non sit contentum in eadem specie, erit similitudo, sed non secundum eandem rationem speciei, sicut ea, quae generantur ex virtute solis, accedunt quidem ad aliquam similitudinem solis, non tamen, ut recipiant formam solis secundum similitudinem speciei, sed secundum similitudinem generis, ib. Die erstgenannte similitudo wird auch als similitudo omnimodae aequiparantiae, d. i. als die nach allen Seiten hin vollkommen ausgeprägte Ähnlichkeit, und jede der beiden übrigen, die eine mit mehr, die andere mit weniger Recht, als similitudo imitationis, d. i. als die auf Nachahmung beruhende Ähnlichkeit bezeichnet: duplex est similitudo, una omnimodae aequiparantiae, alia autem est similitudo imitationis, ib. II. II.

163. 2 c. Die erste und dritte der oben angeführten Arten sind gemeint, wenn es heißt: duplex est convenientia vel similitudo, una, quae est per participationem eiusdem qualitatis (Natur und Form), sicut calida adinvicem conveniunt, alia per quamdam proportionalitatem, secundum quam in scripturis metaphorice corporalia ad spiritualia transferuntur, quo modo in scripturis Deus dicitur esse sol, quia est principium vitae spiritualis, sicut sol vitae corporalis, ib. III.[s] 69. 1 ad 2. — Eine mutua similitudo, d. i. eine gegenseitige Ähnlichkeit, kann bloß zwischen solchen Dingen bestehen, welche zur selben Ordnung oder Klasse gehören: in his, quae unius ordinis sunt, recipitur mutua similitudo, non autem in causa et causato; dicimus enim, quod imago (s. d. A.) sit similis homini, et non e converso, ib. I. 4. 3 ad 4. — Zu unio similitudinis s. unio.

b) Gleichnis, Kongruenzgrund (= ratio verisimilis, cg. I. 9): ad eam potest aliquis veras similitudines colligere, ib. 8.

simplex = a) einfach: quod autem est simplex, est indivisum et actu et potentia (sowohl in Wirklichkeit als der Möglichkeit nach, mit andern Worten, es ist weder geteilt noch teilbar), th. I. 11. 1 c; inter puram aequivocationem (s. d. A.) et simplicem univocationem (s. d. A.), ib. 13. 5 c. Unter simplex acceptio (ib. 83. 4 c) versteht man die einfache Auffassung, d. i. die Vorstellung einer Sache, wobei von ihr weder etwas bejaht noch verneint wird; unter simplex appetitus (ib.) das einfache Verlangen, d. i. das Begehren nach einer Sache, welches nicht mit dem Begehren nach diesem oder jenem Mittel verbunden ist und erst durch dasselbe hindurch auf das Ziel hingerichtet ist. Zu simplex actus s. actus; zu simplex forma s. forma; zu simplex intelligentia s. scientia; zu simplex materia s. materia; zu simplex numerus s. numerus; zu simplex operatio s. operatio; zu simplex qualitas s. qualitas; zu simplex voluntas s. voluntas.

b) einfältig: idiotae et simplices, cg. I. 6.

simpliciter = einfachhin, schlechthin, schlechtweg. Es ist aber ein zweifaches simpliciter zu unterscheiden, ein simpliciter, welches soviel heißt, als absolut, d. i. an und für sich und als solches, ohne besondere Rücksichtnahme auf diesen oder jenen Umstand, und ein simpliciter, welches soviel bedeutet, als durchaus, ganz und gar, nach aller und jeder Beziehung: bonum simpliciter dupliciter dicitur, uno

modo, quod est omnibus modis bonum, sicut virtutes sunt bonae, alio modo dicitur aliquid simpliciter bonum, quia est absolute bonum, scilicet secundum suam naturam consideratum, quamvis per abusum possit fieri malum, sicut patet de divitiis et honoribus, th. II. II. 58. 10 ad 2; hoc, quod dico ‚simpliciter', potest accipi dupliciter, uno modo, secundum quod simpliciter idem est, quod absolute, sicut simpliciter dicitur, quod nullo addito dicitur, ut dicit philosophus (topic. l. 2. c. 11. p. 115. b. 34 sq.), alio modo simpliciter idem est, quod omnino vel totaliter, th. III. 50. 5 c. Das simpliciter im Sinne von absolute ist gemeint, wenn es heißt: simpliciter volumus aliquid, secundum quod volumus illud consideratis omnibus circumstantiis particularibus, ib. I. 19. 6 ad 1; unumquodque simpliciter esse dicitur, secundum quod est in actu (Wirklichkeit), secundum autem quod est in sola apprehensione (Vorstellung), non est simpliciter, sed secundum quid, ib. I. II. 6. 6 c; simpliciter consideratur unumquodque, quando consideratur (nicht nach dieser oder jener individuellen Eigentümlichkeit, sondern) secundum propriam rationem suae speciei (nach dem eigentümlichen Wesen seiner Art), ib. 66. 3 c; ea, quae in dubitationem venire possunt, an conveniant toti vel parti, si insunt alicui parti, non attribuimus toti simpliciter, id est sine determinatione, ib. III. 16. 8 c; vgl. cg. I. 11. Simpliciter hat aber die Bedeutung von omnino oder totaliter, wenn gesagt wird: haec doctrina maxime sapientia est inter omnes sapientias humanas, non quidem in aliquo genere tantum, sed simpliciter, th. I. 1. 6 c; nomen autem simpliciter sapientis illi soli reservatur, cg. I. 1; erit malum simpliciter, ib. III. 6; non tamen potest simpliciter bona dici, ib. 20; est optimum intelligibile (s. d. A.) simpliciter, ib. 25; venenum non est simpliciter malum, ib. 107. — Das Gegenteil von simpliciter nach der einen wie nach der andern Bedeutung ist secundum quid (s. d. A.) oder in ordine ad aliud (s. ordo) oder ein ähnlicher Ausdruck.

singularitas = Einzelnheit, Einzeligkeit, d. i. diejenige Seinsbeziehung, wonach ein Ding als ein bestimmtes Individuum erscheint: ne per consortium aliorum impediatur singularitas, th. I. II. 28. 4 c; singularitas alicuius rei non est alteri praeter ipsum singulare, cg. I. 42; cum enim singularitatis principium sit materia signata, ib. 63.

sollertia = Geschicklichkeit, Erfindsamkeit: sollertia est facilis et prompta coniecturatio (Treffen) circa inventionem medii (Beweismittel, welches in den Untersatz eines Schlusses kommt), th. II. II. 49. 4 c; sollertia non solum se habet circa inventionem medii in demonstrativis (s. d. A.), sed etiam in operativis (s. d. A.) — puta (z. B.) cum aliquis videns aliquos alicui amicos factos coniecturando putat eos fuisse inimicos eiusdem, ib. ad 1; vgl. expos. in 2. anal. post. Arist. lect. 44 k.

Sortes, eine Abkürzung von Socrates; vgl. th. I. 11. 3 c, 14. 15 ad 3, cg. II. 21.

specialis = zur Art gehörig, die Art betreffend, eigentlich, eigentümlich, besonders: malum, quod est privatio boni, secundum specialem rationem (Wesen) invenitur in creaturis rationalibus habentibus voluntatem, th. I. 48. 5 c; si consideremus speciales rationes causarum, ib. 49. 1 c; determinatur ad aliquem specialem gradum in entibus, ib. 50. 2 ad 1; deinde considerandum est de potentiis animae in speciali, ib. 78 pr.; ubicumque invenitur specialis ratio deformitatis (s. d. A.), ib. II. II. 99. 2 c.

species = a) Art, d. i. dasjenige allgemeine Sein, woran unendlich viele (th. I. 14. 12 c) Individuen in gleicher Weise partizipieren können, oft auch gleichbedeutend mit der Natur und Wesenheit eines Dinges, weil es durch sie in diese oder jene Art eingegliedert wird, oder mit der Form desselben, weil es nämlich durch diese seine eigentümliche Natur und Wesenheit erhält: species constituitur ex genere (s. d. A.) et differentia (s. d. A.), ib. 3. 5 c; ipsum intelligere speciem habet ab intelligibili, sicut et omnis alius actus a suo obiecto, ib. 14. 5 ob. 3; unumquodque constituitur in specie, secundum quod determinatur ad aliquam specialem gradum in entibus, quia species rerum sunt sicut numeri, ib. 50. 2 ad 1; solam formam esse de ratione (Wesen) speciei, ib. 75. 4 c; species passionis (s. d. A.) ex obiecto consideratur, ib. I. II. 40. 1 c; id, a quo aliquid habet speciem, oportet manere fixum et stans in indivisibili, ib. 52. 1 c; aliqua inveniuntur differre specie dupliciter, ib. 72. 7 c; species cuiuslibet rei praecipue attenditur (wird gemeint) secundum rationem formalem (die formbetreffende Beziehung) ipsius, non autem secundum materiam vel subiectum (Subjekt der ratio formalis, welches in der materia besteht), ib. II. II. 99. 2 c; species autem aut formae, quae sunt eaedem secundum

